

Leonardo Brunis Auseinandersetzung mit Alonso da Cartagena, Bischof von Burgos

Alonso: „Non ergo an Graeco sic scriptum est, sed an sic scribi potuit ut translator noster edixit illis in locis, ubi dicere reprehensus est, inquiramus. Ratio enim omni nationi communis est, licet diversis idiomatibus exprimat. An ergo latina lingua toleret proprieque scriptum sit et rebus ipsis concordet, non an Graeco consonet discutiemus.“

Leonardo Bruni als Übersetzer

Leonardo Bruni im Vorwort zur Übersetzung der „Orationes Homeri“ (3 Reden aus dem 9. Buch der Ilias):

has Homeri orationes **oratorio more** in latinum traduxi. Relinquens enim epitheta, que propria poetarum sunt – oratori autem nullo modo congruunt –, sententias eius ac verba cetera servato eorum ordine solutam in orationem conieci ... Neque enim, si poetam decet adiunctionibus uti, ut dicat „mare navigerum“ et „terras frugiferentis“ ... et alia huiusmodi, propterea oratori illa dicere permittemus. Nam poete quidem multa conceduntur, quo in re ficta delectet et quo pedes numerique facilius impleantur; oratori autem, qui est veritatis actor, hec superflua verborum adiunctio et fidem rebus et auctoritatem persone minueret ac puerile quiddam in re seria redoleret. Itaque cum oratoribus interdictum sit illis uti, nec nos ea transferre in orationem solutam debuimus. Cetera vero sic a nobis servata sunt, ut nihil de suo ordine sententiisque perierit.

Giannozzo Manetti, „Apologeticus“

Fidi vero philosophorum theologorumque interpretes non ita pro suo arbitrio vagi ac liberi, ..., sed arctioribus quibusdam interpretandi legibus pressi ..., modestius graviusque iuxta severam quandam professionis sue normam incedere ... coguntur. nec ab incepto convertendi proposito longius evagantes, nec primis etiam auctoribus omnino ac penitus ad verbum adherentes, sed medium et tutum ... iter tenentes, inter interpretandum ita se mediocriter habere decet ut neutram in partem declinare ... videantur.